



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 194. Alii ex Conjur, deprehensi, alii trucidati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. vero de proposito suo interrogatus  
A. C. 1605. lus suum illico fassus affirmabat, nî  
mali in suo facinore esse, nisi quod in-  
fectum sit, de cetero autem hoc ~~ans~~  
a Deo incæptum a Diabolo impeditum  
fuisse, postea tamen quæstioni subiectum  
totam conspiracyseriem detexit.

## §. CXCIV.

*Alii ex Conjuratis deprehensi, an  
trucidati.*

*Thuan. l. c.  
Juvenc.  
Hist. Soc.  
l. c. num. 46.  
& seqq.* **H**æc gesta erant eodem die, quo co-  
mitiis initium dare constitutum e-  
rat, iis autem denuo dilatis, ac rumo-  
re per urbem sparso mox Winterus, Tres-  
hamus & Wrigthus ad ditionem Var-  
censem, quo jam pridie Catesbius &  
Perceius configuerant, laxatis equorum  
habenis contenderunt, ac tandem ad  
Stephani Littletonii ædes in Statfordie  
finibus convenere: interim nobilis qui-  
dam nomine Graundius, aliquæ conju-  
rationis socii, quamvis rei detectæ ignari,  
septem vel octo equos effracto stabulo  
Benoco Nobili abduxere, Londinum re-  
ut sperabant, feliciter jam peracta pro-  
fecturi: hos vero Prætor Varvicensis  
tanquam equorum abactores usque ad  
præfati Littletonii ædes, quo ceteri con-  
jurati configuerant, insequebatur. Ali-  
lli, qui se longe atrocioris criminis  
con-

conscios noverant, confilio ex despera- Sæc. XVII.  
tione quæsito mori potius, quam se A. C. 1605.  
dedere statuunt: cum vero pulverem  
nitratum ex pluvia humidum ad focum  
siccare pararent, hic statim concepto  
igne quorumdam facies, aliorum manus  
& latera adeo adusit, ut quidam ceteris  
ad strenuam defensionem inutiles essent;  
Deo illos puniente, in eo, in quo pec-  
caverunt: Nihilominus ipsi in rebus  
desperatis solam fortitudinem ceteris  
amissis cuncta reparare rati, ingruenti-  
bus Prætorianis aperta Domus janua  
seſe ſiftunt, quorum nonnullis mox tru-  
cidatis Catesbius, Perceius & Winte-  
rus tergum alter alteri obvertentes stri-  
ctis gladiis tamdiu decertabant, donec  
Catesbius & Perceius uno ſclopeti ittu  
confecti caderent, Winterus vero gra-  
viter fauius, cum aliis quatuor com-  
prehensus Londinum abduceretur, ubi  
etiam eodem ferme tempore Tresha-  
mus, Robertus Winteri frater & Lit-  
letonius in Londinensi Turri inclusi hæ-  
rebant, moxque a judicibus interrogati  
totam rei ſeriem ingenue exponebant,  
afferentes, quod ex Catholicis Sacer-  
dotibus ferme nullus hujus ſceleris par-  
ticeps fuerit: ſolus tamen Thomas Ba-  
tesius Catesbii famulus testabatur, quod  
PP. Garnetus, Grienwellus seu Osval-  
dus Tesmundus, & Gerardius Conju-  
rato-



Sæc. XVII. ratorum Confessiones sæpius exceperim  
A. C. 1605. atque ipse met Patrem Garnetum, qu  
 etiam Wintero uni e conjuratis afflissimus esset, non ita pridem com  
 Catesbio colloquenter viderit, ipsum  
 que alterius ad alterum epistolas de  
 tulisse noverit; hic tamen ipse Batt  
 sius (Thuanus Franciscum Treshamum  
 fuisse narrat) antequam in carcere mor  
 reretur, ab uxore monitus epistolam ad  
 Saresburensem Comitem scripsit, in  
 qua excusata præcipiti sua confessione  
 Garnetum, quantum in se esset, inter  
 posito solemini juramento vindicabat;  
 ejus tamen testimonium flocci habebat  
 tur, eo quod illud insigni mendacio vi  
 tiaasset, asserens, quod Patrem Gane  
 tum a sexdecim annis haud vidisset,  
 cum tamen postea ex ipsius hujus Pe  
 tris confessionibus constiterit, quod am  
 bo evolutis nondum sex Mensibus dia  
 sæpiusque collocuti sint: Patrem vero  
 Gerardum Everhardus Digbyus nomi  
 natim purgabat.

## §. CXVC.

*Jacobi Regis oratio coram Anglia  
 Proceribus in comitiis habita.*

*Cont. Sleid.  
 i. c.* **T**andem Regni comitiis die nona No  
 vembris dabatur initium, ubi Rex  
 congregatos Regni Proceres hunc in  
 modum